INCERTI AUCTORIS

HISPERICA FAMINA.

DENUO EDIDIT ET EXPLANAVIT

I. M. STOWASSER.

INCERTI AUCTORIS

HISPERICA FAMINA.

DENUO EDIDIT ET EXPLANAVIT

I. M. STOWASSER.



VINDOBONAE.
SUMPTIBUS GYMNASII FRANCISCO-IOSEPHINI.
MDCCCLXXXVII.

Separat-Abdruck aus dem Jahresberichte des Franz Joseph-Gymnasiums für 1886/87.

HISPERICA FAMINA.

Soloecismos et barbarismos quos vocant poëtae adamaverunt, quae schemata et metaplasmos mutatis appellare nominibus quam manifesta vitia fugere maluerunt. Detrahe tamen ista carminibus: suavissima condimenta desiderabimus. Congere multa in unum locum: totum acre, putidum, rancidum fastidibo. Transfer in liberam forensemque dictionem: quis non eam fugere atque in theatra se condere iubebit?
Augustinus de ord. II. 4, 13.

OTTONI ROSSBACH, Romano sodalicio mihi coniunctissimo, dum duobus abhinc annis thesauros Vaticanos perscrutatur mythographorum ab A. Maio editorum codices anquisiturus, in manus incidit codex quidam reginae (LXXXI), qui XII foliis prioribus arcanae Latinitatis illud specimen continet, quod in auct. class. vol. V (pag. 479—500) Maius in medium protulerat. Et hanc quidem libri partem Petavii quondam fuisse nomen eius testatur ab ipso v. d. in primae paginae margine appictum. Sequuntur a fol. XIII ad XCVII Ignatii epistulae eaeque saeculo XIII, ni fallor, scriptae et ipsis forma atque scriptura a priore libelli parte diversae.

Postquam uterque nostrum cognovit editionem ab Angelo Maio curatam non satisfacere, amicus, qua est erga me propensa voluntate, non solum libellum excutiendum mihi permisit verum etiam in enotandis lectionibus me adiuvit tantopere, ut posteriorem fere opusculi partem ipse contulerit atque in Montem Casinum mihi submiserit, cuius rei sodali carissimo gratias ago quam maximas. Ex hoc vero tempore monachuli Scotici nugae illae mihi comites fuere, donec quae ad Tiberim coepta quaeque ad Lirim et Agistam provecta sunt, hic ad umbilicum adduxi,

Danubii vineta ubi caerula praefluit unda.

Ac primum quidem codex ipse scriptus est, ni fallitur nostrum uterque, saeculo XI, Carolinga quam vocant scriptura, quae tamen vetustioris quaedam scribendi usus retinuisse videtur vestigia. Huc enim praeter angulatas litterarum quarundam formas ante omnia compendium rettulerim voculae ET, ab illa notissima litterarum coniunctione, quam eius saeculi librarii adhibebant, prorsus alienam, usitatam vero litteris quas dicunt maiusculis. Iure igitur coniciat aliquis eum qui codicem e vetustiore exemplari describeret non modo

verba servasse, verum etiam litterarum ductus et scribendi rationem ubique secutum esse. Ceterum haud negaverim in adhibendis compendiis eundem paullo liberiorem fuisse, quippe qui non solum virgulam vocalibus superpositam satisque notam illam E caudatam usurpaverit, sed gravioris quoque momenti sibi indulserit haec, quae vulgo ponuntur pro: per, pri, prae, pro, vel, nostri, ter, con, qui, quae, hoc, runt, tur, alia eius modi. Sed haec suo Marte novasse librarium crediderim, praesertim cum certa extent vestigia codicem ex libro multo antiquiore esse derivatum. Nam ut levioris argumenti vitia omittam, unus est locus, quo inspecto nihil dubii relictum erit (c. 7.):

> hinc molliformes artate tolibus trabias. virg. nec mihi cū teucris ullū post eruta bellū. alboreas rudi bisso pelliceis stipate camisas baltheis.

In Maiana sane editione versum frustra requisiveris, quamvis vel ex uno hoc loco certo concludi possit apographon tantum non archetypon nobis servatum esse, quod, quanto in crisi libellulo adhibenda momento sit, est in propatulo. Deinde si tecum reputaveris, quorsum versus ille Vergilianus spectet (qui est ex Aeneidos XI. 279), videbis hexametrum quondam in exemplari (primario forte) adscriptum fuisse, ut voculae eruta usus poëtico exemplo probaretur. Nam paullo ante scriptum est: Erutas securibus torquent astellas, quibus verbis versus olim adscriptus nunc devenit in locum iniquum. Itaque si quis statuerit exemplar originarium glossis auctorumque locis fuisse instructum, qui nunc quidem librarii ignavia interciderint, non me habebit repugnantem. Eodem enim accedit, ut altero eiusdem ficticiae Latinitatis specimine haec sententia confirmetur, glossis scilicet fragmentisque Luxemburgensibus, de quibus post Moneum et Rhysium nuper disserui in stud. Vind. 1887. Ea cum opusculo hoc utique conferas necesse est.

Nam haec quidem de codice sufficiant. De auctoris vero et patria et dicendi genere prooemiandi vix inveni copiam, praesertim cum iam Maio rectum esset visum, quippe qui ad cap. XI ita dissereret:

> Iam quod addidit scottigenum eulogium, id haud scio an auctoris patriam demonstret.

Oblocutus sane est Maio in archii Woelffliniani tomo II (255 sq.) Paulus Geyer, qui dum argumentis sat infirmis libellum in Hispania ortum esse demonstrare studet ne intellexit quidem libri contextum sententiarumque haud recte perspexit seriem, ut fusius ipse demonstravi in eiusdem archii t. III. (168 ss.).

Deinde idem, cum Bavaricam illam — ne dicam Erlangensem — μέθοδον adhiberet in hac scriptiuncula perscrutanda, mirum in modum lapsus est. Laudabilis sane et summi momenti illa via ac ratio, quam inire solent in cuiusvis scriptoris dicendi genere perquirendo Erlangenses — modo habeas scrip-

torem, habeas, inquam, dicendi genus, habeas sermonem ex ore hominum depromptum. Secus tamen apud monachulum hunc. Hic enim, qui labore sat inutili obsoletas vel parum sibi cognitas voculas ex glossariis undecumque collectas in unum quasi corpus veri sermonis instar redegerit, num scriptor appellari possit, valde dubito, cuius si fas est appellare dicendi genus tantum abest, ut nomine sermonis Latini dignum sit, ut contra ista vernacularum peregrinarumque glossularum farrago non nisi commenticiae cuiusdam Latinitatis imaginem referat. Quo enim, quaeso, tempore, aut ubi gentium in volgi sermone locum habuere voces illae Graecae vel Semiticae quas dicunt, quibus innovandis mirus ille inauditae linguae architectus tantopere laetatur? Haec si Geyer secum reputasset, in errorem vix esset perductus.

At eiusdem notae opusculum eodemque ex fonte derivatum (cf. quae l. l. disputavi contra R. Thurneyseni sententiam, quam ille in archii t. III p. 546 protulit) — Luxemburgense dico folium — interpretamentis suis Celtica lingua scriptis (etiamsi non accederet hymnus loricae, quem Gildae cuiusdam esse ferunt) per se ostenderet hanc scolarem Latinitatem apud Scotos fuisse indigenam. Nam etsi incertum est, num Gildas Britannicarum rerum scriptor idem fuerit atque miserulus ille poëta (Whitley Stokes, Irish Glosses, cf. st. Vind. l. l.), pro certo tamen librorum manu scriptorum aetate et verborum similitudine fretus affirmare ausim, Gildae hymnum averruncum aequaevum esse fragmentis Luxemburgensibus huiusque libelli archetypo.

Ad finem igitur ut perveniam: Septimo vel octavo ut videtur saeculo apud monachulos Scoticos mos obtinebat, ut ad eruditionem ostentandam sermonem inauditum sibi confingerent simplexque dicendi genus offucarent vocibus aut obsoletis aut peregrinis, parum ideo volgo cognitis. Eiusque Latinitatis specimina novimus adhuc tria, Gildae dico hymnum, fragmentaque nuper a me repetita, quae proxima affinitate coniuncta sunt cum hoc libello, qui quidem perversae eius consuetudinis luculentissimum extat exemplum.

Quod superest, etsi illud debeo confiteri mihi nondum contigisse, ut, quae in hoc libello impedita, perplexa, obscura sunt, omnia expedirem, tamen spero fore, ut qui aequo iudicio utuntur concedant me haud inutilem operam consumpsisse in illustrandis huius opusculi obscuritatibus, quod de tripode Delphico magis, quam ex ore humano videtur venisse.

Dabam Vindobonae, Kal. Feb.

J. M. Stowasser.

Cod. reginae 81, fol. 1—12. (Mai class. auct. V. 479—500.)

1. (M. 479.) Ampla pectoralem suscitat vernia cavernam, mestum extrico pulmone tonstrum, sed gaudifluam pectoreis arto procellam arthereis, cum insignes sophiae speculator arcatores, qui egregiam urbani tenoris propinant faucibus linpham vipereosque litteraturae plasmant syllogismos. Cui mundano triquadrae telluris artico rhetorum florigera flectit habenas caterva et qui remota vasti fundaminis deseruere competa? Utrum fabulosas per ora depromunt gazas? Num trucida altercaminum (M. 480) inter soboles pubescunt litigia? An placorea abucat proles sceptra? Utrum saevus armatorum coetus toxica corruit certandi in acie, ut fusis ostrei cruoris rivis candida olivarent madiada? Seu spumaticum bombosi tithis flustrum inertes oppressit naufragio remiges? An horridum communi stragi rapuit acculas letum? Quos edocetis fastos? Cuique adheretis rhetori? Hinc lectorum sollertem invito o bello certatorem, qui sophicam plantaverit avide palestram. Et trinos antea dimicavi athletas, inertes mactavi duelles ac robustos multavi coaevos fortioresque prostravi in acie ciclopes. Hinc nullum subterfugio aequaevum. Dum truculenta me vellicant spicula, protinus versatilem evagino spatham, quae almas trucidat statuas. Arboream capto iduma peltam, quae carneas cluit tutamine pernas. Ferralem vibro pugionem, cuius pitheum assiles macerat rostrum cidones, ob [hoc] cunctos lastro in agone coaevos.

2. Haec compta dictaminum fulget sparsio, at nullos vitioso aggere glomerat logos, ac sospitem lecto libramine artat

---

Capitulorum quos addidit Maius numeros retinui.

1. articorhetorum || abucant || amatorum corr. Mai || furis || loetum || huic || plamaverit; Maius inepte plasmaverit || palestrum corr. Mai || Et compendio scoticae scripturae exaratum, unde m. 2 in margine signum addidit RQ (require). || marg. deimicavi m. 2 || aequevuum ||
ła
opicula; aberrat Geyer in archio II. 260 || versutilem || quę; Maius
-i-manu ł ui propugione (m. 2)
perperam qua || iduma || vibro pugionem || obcunctos || agonē.

2. ut nullo || fort. recto libramine.

vigorem et aequali plasmamine, mellifluam populans ausonici faminis per guttura sparginem, velut innumera apium concavis discurrunt examina apiastris melchillentaque sorbillant fluenta alveariis, ac solitos stemicant rostris favos. Hic comptus arcatorum exomicat coetus, cui dudum (M. 481) per lapsa temporum stadia parem non crevimus phalangem nec futura temporalis globi per pagula aequiperatam fulgidi rumoris speculabimur catervam. Sed praesto horrendus asstat chelidrus, qui talem vipereo ictu sauciabit turbam, nisi vasti exigerint rectorem poli, qui florigerum agmen reguloso solverit discrimine. Novello temporei globaminis cyclo hispericum arripere tonui sceptrum; ob hoc rudem stemico logum ac exiguus serpit per ora rivus. Quod si amplo temporalis aevi stadio ausonica me alligasset catena, sonoreus faminis per guttura popularet haustus ac inmensus urbani tenoris manasset faucibus tollus. Quod propriferum plasmas orgium? Utrum alma scindis securibus robora, uti eo quadrigona densis stemicares oratoria tabulatis? An flammigero coctas obrizum clibano, auriferas solidis cudere lunulas marthellis? Seu tinolam tensis suscitas odam chordis? Forte concavas sonoreis proflas cicutas harmoniis?

3. Sed non intelligibili mentis acumine praestulor, quod lanigerosas odorosa observas per pascua bidentium turmas, qui obessa arcatorum assiduo tramite sectaris concilia, ac cicniam gemellis bai[u]las curvanam scapulis, rutulantem alboreis artas calamidem madiadis pexamque carneis tolibus amplecteris camisiam. Nec sophica ingenioso acumine auscultas mysteria, sed doctoreas effeto conamine comitaris historum turmas. Hinc mirificum tibi inge- (M. 482) nioso libramine palo consultum, proprigenum natalis fundi irruere solum, ut agrica robusto gestu plasmaveris orgia, et pantia [.........] raptis astant septa termopilis. Pubescentes pecorea depascunt segetes agmina, veternas mesta genitrix lacrimosis irrigat genas guttis, et infantilis mu[r]murat in [.......] vagitus, ac florigera resonat clangore per arva. Externum proprifera editrix abucat marem placoreasque blandis concelebrant nuptias thalamis. Haec

pantia natalem te stigant orgia adire

limitem.

---

populas ausonica || spargine || eqperatā || utico || flamigero || siu corr. m. 1 || armoniis.

3. turmas cui || accicniam || bailas cf. tamen ind. s. v. || alboreis in rasura m. 1 || calamide || caminam || abscultas || lacunam, quam significavi, suppleas hoc fere modo: et pantia [accularum praestiteris officia, ubi tutantia] ruptis e. q. s.; raptis enim corruptum est || pubescentes (b superscr.) || mumurat || invagitus || resonat — arva versus dimidiatus? || c̄celebrat || testigant cf. Arch. III 169.

4. Ceu montosus scropias tranat tollus per macides, frondeos fluctivaga eradica[t] hornos devoratio, inormia evolvit murmure crepita, limosam fluminio mactat crepidinem alveo, concretas evellit vortice glarias: pari ausonicum exubero pululamine fluvium. Veluti rosea aestivi laris veternas cremat pira rubigine amarcas, ac aruca favellosis minorat robora tumulis, ciboneus torridum spirat clibanus ructum,

flangosas flectit [pyr] per laquearia flammas:

aequali doctoreas torreo fervore catervas. Ceu truculentus pecorea terret bovencus armenta, saginatum stricta mactat iuvencum ligatura, horribilem visceria complet ingluviem arvina, sanguineum trucido hiatu sorbellat fluentum: pari erumnosos perturbo pavore historum lochos. A(c) quatinus vitreum tetigeris patula poli samum cuba, gemella praecipui alboris astra septemplicis o- (M. 483) limpi lustraverint boreales limites, sabulosas litorei calculaveris micas planeti, tithicum tellato vixerit seminarium in termino, mundanique vividum censuerint coloni ponti spiraculum: haud hispericum propinabis avido gutture tollum. Inquantum eous ab occiduo limite distat articus, ti[ta]neus sidereis ampliori rutilo praecellit arotus, dissonoreusque certantium frangor militum mellisono antecedit apium strepitu, ac furibundus teneram superat ursus bidentem: intantum nostri loquelosi tenoris segregantur altrinsecus numina.

5. Bis senos exploro vechros, qui ausonicam lacerant palatham. Ex his gemella astant facinora, quae verbalem sauciant vipereo tactu struem. Alterum barbarico auctu loquelarem inficit tramitem ac gemello stabilitat modello quaternaque nectit specimina: inclitos litteraturae addit assiduae apices, statutum toxico rapit scriptum dampno, litterales urbanae movet caracteres facundiae, stabilem picturae venenoso obice transmutat tenorem. Alius clarifero ortus vechrus solo, (M. 484) quo hispericum reguloso ictu violatur eulogium, sensibiles partiminum corrodit domescas. Cetera [non] notantur piacula, quae italicum lecti faminis sauciant obrizum, quod ex his propriferum loquelosi tenoris in hac assertione affigis facinus.

---

4. eradica- ultima littera per eum absumpta, qui codicem compegit || mormore [u u] crepita [u] || pirā || mactet || ligituria [luna] || parierū nosos || logosa Quatinus || precibui || lustraver̄ (i. e. unt) || Maius falso: stellato viserit || intemino [r] || eosus || tineus || arotuste (cf. Archii III. 173).

5. De hoc capite conferenda, quae dixi in Archii tomo III. 168 ss. || actu [u] || caracteres [ł carectes] m. 1 || ortus ∸, quod removi || violatur [ł s] || euloigium || affigis fort. corruptum ex: effingis.

6. Incipit lex diei. Titaneus olimphium inflammat arotus tabulatum, thalasicum illustrat vapore flustrum, flammivomo secat polum corusco supernum, almi scandit camaram firmamenti. Alboreum phoebeus suffocat menem proritus, cibonea pliadum non exomicant fulgora, merseum solifluus eruit nevum tractus, densos phetoneum extricat sudos incendium, roscida arent rubigine stillicidia, nec olivatus frondea olivat nimbus robora, faenosas dividuat imber uvas, micras auricomus apricat lacunas rogus mundanumque torret iubar girum. Aligera placoreum reboat curia concentum, tinulas patulis mormurant harmonias rostris, concavos aurium refoculant mulcedine clivos, frondicomas avitica orbat latebras turma, ca[m]paneas aculcant glevas, vermia sorbellant picis frusta, oleda pungunt stercolinia, fameas esciferis replent vesiculas sucis. Pe- (M. 485) coreus vasta lustrat coetus pascua, calastreas meant calcibus pessas, campanea variis serunt praedia conciliis, interna glaucis saturant exta serpellis, holerosa sennosis motibus ruminant pabula. Insontes dividuant ovilia ides,

arboreos pontes pĕdestri tramite tranant,

faenosos lanigerae intrant agros catervae, herbosas carpunt dentibus uvas. Hirsutus suum deseruit gurgitia coetus, terrestres suffodiunt rostris sablones, stabiles filicum sorbent radices holerosumque gustant sucum. Tabulosa flagrantes essuum orbant sonipedes stabula, atritas frangosis motibus meant artigas, ferreosque solvunt sessores cruribus sigillos, concavos sennosis motibus replent toraces. Amens ferinae prolis cohors almos calcat erimnos, asperrimum involvunt gressibus ruscum, gibrosos petulco prospectant vernaculos scroplo. Inormes spumaticum verrunt delphines pontum, salsas apertis sorbellant paulas gutturum claustris, squameosque vorant gurgustos.

7. Pantes solitum elaborant agrestes orgium: ceteri tellatas strictis plasmant fossas trullis, spinosis densant septa prunis, lapidias saxea mole glomerant macereas: alteri

multigenas pecorum agitant in pascua turmas,

sonoreas quae reboant echas, truculento agricos mugitu perturbant melodios. Innumerae frondicomum crebro (M. 486) tramite adeunt saltum turmae almaque cudunt framis robora, erutas securibus torquent astellas, edictasque strictis scindunt

---

6. inflamat || febeus || mene || exhomicant || aret || uricomus || aımonias || capaneas aculeant || pabula [ł p] || oviliaides || *non est dubium, quin versum voluerit auctor* || fenosos ... agnos || essuū || arrigas || sigellos *e ex i* || epimnos || inhormes.

7. soli * tū || *supra voces* agitant *in man. iunior addidit* Virgili[9], *significans sane versum* || sonoreasq; reboant [o] || uchas; *male scilicet intellecta* η || truculentos agrico.

hornos arietum machinis, refertaque robustis ansportant plaustra iugis. Hic sonoreus soporeis nos excitat tumultus expergesci thalamis, vestiles corporeis colligere strues madiadis. Hinc molliformes artate tolibus trabias, alboreas rudi bisso pelliceis stipate camisas baltheis, argenteas fulvis figite lunulas stolis, blanda evolvite motatoria mollesque lanigero amplexu aptate tapetes.

8. Sophicam stemicate coloniam ac litterales speculamini apices. Non ulli cerimonicat arcatori trophea, si salubrem pectoreo carpserit soporem claustro, ni rutilante phoebei orientis ardore somniosum evellerit palpebris oblectamentum tritamque aptaverit lumbis stragulam, lectoralem cudere industriam. Utquid nos tonitruoso sermonum obruis clangore et internas loqueloso tumore perturbas aurium cavernas? Totum namque nocturni ligonis lectriceis censuimus stadium excubiis; vos soporea oblectastis pernas tabe: ob hoc nunc somnolentus nos stigat tactus. Quidam de hoc doctoreo congelamine spumantem adeat mancipator laticem, ut vitreum scaloreis propinaverit fluentum idumis, nocturnam fontana tergere luem unda. † Stornos concavis solvite factos archiviis, ac sophicam auscultate industriam: murmureus suscitetur in ae- (M. 487) thra plausus, verbalisque reboet clangor, si unita cunctus steterit in aula coetus. Ob hoc talem segregate cohortem. Hinc ceteri apricas adeant casas: alteri frondosa lustrent subnemora, alii in hoc amplo stabilitent tugurio.

9. Phoebeos supernum secat arotus poli centrum, mediumque diei appropinquat spatium. Hinc fame flagranti aestuat pectus. Ob hoc continua visitemus territoria, ut mellitum cerimonicaverint flagrantibus pabulum. Quis gnarus decoream ducet per trivia catervam? Has clandistinas frequenter lustravi termopilas, ac remota huius artici penetravi praedia: venustosque exploro acculas, qui vagos arcatorum pascunt choros. Stricto densate tramitem colligio, ageas astrifero statuite infolas sulco, ne pitheis truces maceraverint madiada spiculis crudeles. Non talia viperei obvallant trivia latrunculi, multigenas degestis spoliant viatorum turmas in spillis, collectasque rapiunt praedas, armigera trucidant ensibus agmina? Ob hoc stricto discriminosas irruamus cuneo per pesas. Aspera calcamus gressibus praedia, quae saxeas torrida mole glome-

---

|— ornos || forte absportant || mediadis || trabias virḡ. nec mihi cū teucris ullū post eruta bellū. alboreas cf. quae dixi in praefatione || argentea || ł c tapetes.

8. stemicata corr. Maius || nonnulli || carperit || soporeo corr. Maius || nocturna || forte: storicos ..... fastos || archimis || mormoreus || aeth(e)ra an aethra(m)? || roboat || lustrant corr. Maius || ło tugurio.

9. Febeos || decoreā fort. doctoream || nepitheis || mediada || inspillis, quod explicat Geyer in Archii tom. alt. p. 259 || ppesas.

rant statuas, spinosasque parturiunt rumices. Haec florigera exomicant arva, quae porporeas glomerant scaltas. Nec lapidea artant crepita, sed glaucicomas herbarum copulant uvas.

10. Caninus urbana murmurat sonitus inter nemora: forte externus adheret moenibus latruncu- (M. 488) lus, aut lustrantis concipiunt auribus strepitum agminis. Sonoreum gemellae suscitant barritum alapae. Ut ovans vagantem flectit mansorius deversorio cohortem, adunca strictim trahite clavi sigillum. Haec concava scopatum amplectitur aula tolum, quod betuleis tergitur assidue fasciculis, nec ulla glomerat ciscilia. Hoc coenosum aetrae astat tolum, quod concretas sordium arictat micas, nec frondeae degestum elimant scopae vestibulum. Aquoso stabilem implete idore luterem, squaloreasque fluctivagis lavate bases fluentis, ac

limosas vitreo licumine tergite plantas.

Alboreas figite in pariete curvanas liniaremque comptis statuit tramitem archivis, ut amplum censuerint agrestibus spectaculum. Pelliceis cluite sessa pratis, roseum laricomi torriminis alite in aremulo clibanum, minutas aprici graminis glomerate astellas, ut flammivomum eructav[er]it incendium, caloreum libraverit focum, algidum eruerit tactum. Quis tales poscet possores, ut melchillentum concesserint opiminium?

11. Non ausonica me subligat catena? Ob hoc scottigenum haud cripitundo eulogium; sed furibundos perculam amite amiclios. Venusti excusant acculae, parcas amplecti sub numine alimonias. (M. 489) Haec concessa acutis findite edulia framis, ac arboreas escifero onerate mensas acervo. Doctoreum quaternis segregate chorum rithmis. Aquatico lavate idumas vitro, ut lotae innotescant cubae. Ageum esciferas reboate concentum in copias, ut salubrem propinaverit in praecordiis suxum. Aruca flammigenis crinibus calificate edulia, ut dulciorem irrigaverint faucibus saborem. Micas fragmentorum concavis recondite canistris. Almum herum poscite poli, ne ciboneum

---

florigena | calthas coni. Maius.

10. ut... flectit vix sanum || sigullum || betuleis || faciculus || bases || arboreas || archinis fort. archiviis ut supra || cluite sessa pratis certe corruptum || graminis || tactum a. e. focum || fort. poss[ess]ores i. e. acculae || melchilentū || Ab ultimo enuntiato capitis sequentis initium facere debuit Maius.

11. fort. crepit[ab]undo || euloium || amiclios aut pro amiclos positum secundum Vergilium Maronem (cf. epist. 114. 10 Huem.) aut explicandum ita, ut Amyclaeos dixerit pro fratribus | ęscifero || doctoreñ corr. Maius || seggate || Aquati* fuerat scriptum q(uam) compendiose || nitro || roboate || c̄tentū corr. M. || p̄cordis || arunca || nicas || amū corr. Maius || poscite M., posci cod.

Cociti irruerint acculae follum, sed supernum septemplicis poli adierint samum, qui dulciferos cibaminum concessere acervos. Quislibet comptam exactor poscet editricem, ut salsas lixae tripudiaverint per cinerem lithias, ut crispantes salsugena spumaverint trices paula. Statutum adeamus oppidum, ubi densum conclientibus fiximus placitum. Quae dulciora sorbuistis solamina? Farriosas sennosis motibus corrosimus crustellas, quibus lita scottigeni pululavit conditura olei, carniferas pressis dentibus ruminavimus pernas, lacteus populavit haustus, quamvis gaudifluam bibulo ore gustavimus celiam.

12. Titaneus occiduum rutilat arotus pontum, roseos imam curvat radios sub speram, lunaticum vasto exomicat sidus polo, fulgoria pliadum variant specula horanum, nocturnus gravat serpella nimbus, arboreas olivat vapor ribas, tetraque mun- (M. 490) danum obumbrat mersa girum. Incalculatae pecodum turmae calastreas meant ageas, septaque irruunt bovella, quadrigonas idium concilia scandunt aulas, atritas hirti lustrant suistas porci. Ferreos sonipedum fulcris nectunt aurigae sigillos, innumerae agrestium turmae solitum laborandi eruunt de curribus nexum, ac solitis aprici terminis quiescunt in aulis. Ob hoc alma civilis globi adeamus moenia, apta benignis poscere filoxinia colonis. Sonoreo instigate aedituum barrito, ut hunc doctorum colligerit diversorio coetum. Statuta pelliceis cluite sedilia pratis, torridum alite gremia caminum rutilantemque accendite foco lampadem. Arboreo vitreum propinate oli[m]po fluctum, squaloreaque lavate fulcimina. Mersium solito dividite mancipatum colligio: caeteri arboream concito flexu irruant collem, strictisque debaelant gremia loris. Alteri aquosum adeant olimpum, refertamque devehant scapulis hidriam. Alii carneas cocant aeno pernas, ac farreosas plasment rotas. Statutas cibaminum findite framis strues, ligneas escifera onerate tabulas copia, melchillentaque plexis glomerate fragmina fiscillis.

13. Interrimis concavi pectoris opto latebris, uti honorificam protelaverint acculae mansiam, qui melchillenta largiti sunt opimina, qui dulciferos cibaminum concessere acervos. Tinctas conditura accendite clibano tedas ac lectoralem (M. 491) scrutamini fastis industriam. Soporiferam artant palpebrae

---

acc^{u}olae || sco^{t}tigeni || populav̄ || *ad celiam Maius, ni fallor, in codice ipso adscripsit vocem esse Plinianam.*

12. lynaticum *corr. M.* || exomicat || vaporribas || argeas *corr. M.* || irriunt *corr. M.* || decuribus *corr. M.* || tegminis || aptā || editū *unde M. perperam* aditum || docterū || ....statuite || grimite || que *post* rutilantem *sup. lin. additum* || olipo fructū || spaloreaq; || mensiū || divi^{di}te || caneas || enopnas || plasnent || ęscifera || pexis.

13. Intimis || p(ro)tela^{n}verit || melchilienta || Sopiferam; *mendum ex compendio ortum.*

gravidinem. Ob hoc blanda pecoreis velate cubilia pratis, rudesque serite motatoriis tapetes, molliferos assilibus plicate pulvellos gigris. Carboneas cinereo tegite strues tumulo, ne attigua succenderint ciscilia amploque arserint pirici fornacis incendio. Stricta quadratum cludite regia ostium, ne atroces irruperint praedones, clandistinas rapere furtim gazas. Caeteri lectoralem mentis acumine ascultent sophiam. Alteri somniosum abucent pernis fotum. Alii nocturnas librent excubias, quatinus roseus phoebei orientis rutilaverit proritus.

14. [De coelo.] De hoc amplo olimpi firmamento loquelosas depromam lento murmure strues. Haec polica assili situ plasmata est spera, quae umbriferos vago tegmine stipat sudos, ignicomaque vasta mole amplectitur astra. Gemellos torridi alboris pastricat arotos: titaneus diurnas rutilat Orion metas, pallida merseum illustrat gansia promerium. Quinos vitreus artat baltheos horanus. Caeterae caloreum artant zonae fotum, mundanaque coctant rubigine climata. Alterae algidum spirant ructum niviamque evolvunt sparginem, gelidas horrendo (M. 492) fluvore spargunt brumas, procellosum proflant turbine motum. Multiformis solifluis praetenui nubium vapore stemicatur arcus radiis. Volubilem policus se torquet in vertiginem girus; stabilem discurrunt cardines erga axem. Angelicas olimpius suffulcit catervas thronus, eximiam glauco arctat camaram nevo. Septemplicem horani asserunt cyclum phisici. Innumera caeli[ci] cacuminis astant stemata, quae temporeo propiamine explicare non famulor.

15. Incipit de mari. De hoc amplo Amphitrites licumine loquelosum cudere nitor tornum. Hoc spumans mundanas obvallat pelagus oras, terrestres anniosis fluctibus cudit margines, saxeas undosis molibus irruit aulonias, infimas bomboso vortice miscet glarias, astrifero spargit spumas sulco. Sonoreis frequenter quatitur flabris, ac garrula fatigat nothus flustra. Tithica aetherium irrigant stilli[ci]dia girum, astrea glaucicomus verberat competa pontus, periclitantes mactat naufragio puppes. Alias serenum compaginat tithis situm, nec horrida tempestivi murmuris proflat susperia, sed garulae tranquello tabescunt undae fomento. Gemellum neptunius collocat situm fluctus: protinus spumaticam pellit in littora adsisam, refluamque prisco plicat recessam (M. 493) utero. Geminum solita flectit in orgium discurrimina: afroniosa luteum ve[l]licat mallina terminum, marginosas tranat pululamine metas, vastaque tu-

---

ħ b*[l]anda; in rasura fuerat r || strumas fort. verum || hostium || erupint || [e] rutilaverit.

14. De coelo addidit M. || horanus [cęlum] || evoluunt [a] fort. evomunt || flavore corr. M. || eximia || cęli.

15. anfitridis corr. M. || lucumine || avionias || stillidia || calastrea || collocat ritū || pellit scripsi dubitanter; cod. pollet || teminū.

mente dodrante inundat freta, arboreos tellata flectit hornos in arva, assiduas littoreum glomerat algas in sinum, patulas eruit a cautibus marinas, illitas punico evellit conchas, bel bicinas multiformi genimine harenosum evolvit effigies ad portum, fluctivagaque scropeas vacillant aequora in thermopilas, ac spumaticum fremit tumore bromum. Interdum tumentem pastricat †enerius l i d o n e m, nec solita marginosi tranat limina fundi, rostratas torvis fluctibus fulcit carinas, roboreas undisono baelat rates flustro, inmensasque marmoreo gurgite gestat scaphas, ac ingentes talassicum navigant liburnae gremium. Delfinicum glaucis sub fluctibus ludicat seminarium, inormia vastum litigant coetia per i[n]t[er]num, erumnosos ruminant gurgustos, vitreumque sugillant faucibus salum, ac tornos guttoricant piscellos, neptunia squameis verrunt caerula gigris. Salsugenum gustantibus infestat pelagi unda saporem. Si pantes mundani orbis acculae internum aequoris spectarent uterum, repentina mortiferum irruerent voragine(?) claustrum.

16 a. (M. 494.) De igne. Hic roseus laricomi torriminis crepitat rogus, qui torridum proflat ardore fumum, flammeas plicat rubigine spathas, flexosos flammeo torret ramos incendio, assida invadit fomite sarmenta, fumantem rapida evomit vaporem pira, cineream spargit aestibus favillam. Innumera ciboneus plasmat servitia aestus: Protinus farriosas carboneo fotu assat crustellas, cruda concavis coctat trementia lebetis, argenteos mollificat fornace metallos, auriaeque rubreo liquescunt massae in camino. Pantia auricomis calificat licumina fomentis, natalemque flammivomi laris depromit lento murmure rigorem. Duro iam viguit silicis in utero, ferriale sollerti nisu torsit inflammator focile, aprica scintillosus exarsit in spungia tactus, collectamque flexit incentor stupam, ac micrum motuo vertigine eructavit scintilla fumum. Veternas in fascem glomeravit astellas, inmensaque turgidis crevit pira flammis. Umbrifera latebrosis extricat velamina tegulis, infestaque flammisonus depellit frigora clibanus, ac torrida involvit incendia. Saltim pantes truncarent acculae stipites, auricomo concremaret focus ructu.

---

forte: assidas || acautib || marmas || punicū corr. M. || belbicinas = vel vicinas || arenosum || scropheas || int'. inopilas || pastrica ultima littera simul cum margine desecta || enerius quid sit nescio, tenerius, quod M. coniecerat, recte se haberet, nisi nova ab hac voce inciperet linea || marginosi[a] tramat limine[a] || fluastro, quod ferri nequit; ortum cum librarius dubius haereret, utrum u an a scribendum esset || talisicum || delficinum cod. unde M. delfinum || itnum credo ex compendio male intellecto, an imum? || gurgustos[pisces] || spumeis[a] * verr̄.

16 a. furium || rubigine; b ex p a m. 1 || viricomis || depromā corr. M. || mumure[r] || inutero || facile[o] || spungia; u ex a m. 1 || stuppam || faccem, unde facem M. || flammisonis || uricomo || focus, o ex a || r*[u]ctu; i erasum.

16 b. [De fundo.] Hic floreus amplo nitore exomicat drimus, urbana inmensi amplectitur moenia (M. 495) globi, in quibus turrita multiformi compage astant tuguria. Ardua campaneus collogat septa situs: maturas frugifero termine parturit segetes, odorosa glomerat vineta, quae sapidos micris nectunt acinos ramis. Spinosis degestum verrunt astitae praedium, aquosi luteas irrigant fluvii venas, erumpentes fontano tumore

eructat tellus latices, faenosaque scaltis

pollent praedia roseis ac delicatas copulant homescas. Ceruleasque gignit serpellas, quae pecoreas saturant turmas. Sublimes degestum ambiunt colles drimum, saltosaque extremis castat robora in aruris. Incalculata congelat frondium genimina, quae dispares patulis stipant fruges ramis, holerosa profundae separant rura foveae, quae herbosas glaucis arictant uvas ansis. Innumeras pecodum tellatus pascit catervas terminus inmensaque terrenum gestat saxa fundamentum. Plurifica campaneus nectit stemicamina fundus, quae loquelari tramite haud explicare nitor, ne doctoreas rhetorum gravaverit vena[s].

17. De vento. Hic sonoreus alma mactat zephirus robora, anniosas terrestribus plicat ilices sulcis, turrita robustis spoliat tuguria flabris, superna cacuminum frictat laquearia, tithica flectit telluri cae- (M. 496) rula ac marinas exaltat in astra spumas. Glaucicomantem fatigat auster Tithonem. Bis senos phisici efferunt zephiros, et quaternos ibi explorant euros, quis alterni inherent crepitu nothi, et velut subiectas opacant alas. Mundanum vasto aethere proflant in follum. Trina murmureus pastricat trophea nothus: quod spumaticum rapuit tolo diluvium, pollentemque tonuit rapere dodrantem, ac corporeas perculit tactu effigies. Nec sibilans intueri queat procella, altusque poli rector murmurantibus degesti de pennis euri gibrorum † reanime censebit logum.

18. De plurimis. Haec egregia floreis fulget caterva pompis, quae fulvas congela[n]t extrinsecus stragulas ac vestiles multigeno ligone nectunt strues. Caeteri purpureas arictant blemmos, alii cicinias castant madiadis stolas, alteri iacinthinas corpo-

---

16[b.] De fundo addidi, idem monuerat Geyer.

tegmine || rapidos || acinos (c supra) || astitiae forte ortum ex astiti (ae supra) || erumpantes || fontanos tumores || homestas || celles, colles coni. M. || astant conieci; castat cod. || inaruis (ł oris supra) || congellat || foveę (li supra) || pecodū, co in ras. || teminus || vena; ultima littera cum margine desecta.

17. sephorus || aniosas || tugoria || cerula || et ferunt || an sibi explorant? || mormoreus || procella || murmur * ntibus (a supra); o vel e erasa.

18. acrictant || fort. blemas || mediadis.

reis stipant trabias pernis, plurifici stornos carnali compage globant amictus. Ostreas pastricant armellosas, gilvas verticibus agunt mitras crispososque sectant cincinnos, ac libosas copulant tricarias nitentes[que] cervicibus gestant curvanas. Innumeri quadrigonas captant scutilibus peltas, ferriales vibrant idumis pugiones ac altera glomerant plasmamina, quae temporali propriamine non exprimo.

19. (M. 497.) De taberna. Haec alborea exomicat taberna, quae spissas breviusculo tegmine artat setas. Quadrigono degestum sutum est figmento archivium: unitam superna amplectitur ianuam ora, quae stricto assilibus poligonis cluditur operculo, ac bis senis alligatur adeo restibus, flexaque arcatorum cervicibus vehitur sarcina. His inditum depromam curvanae ductum. Saginatas pecodis dudum tegebat pernas, hirtumque acuto framine decoriavit carnifex corium, densaque tensum est parieti inter vimina, ac igneo aruit fumo, obansque edictum laceravit opifex archivium: astrictis corialem pastricavit corregiis tegulam, bis binos plasmavit angulos, lectoque pellicium gestamine perfecit armarium. Caetera non explico famine stemata, ne doctoreis suscitavero fastidium castris.

20. De tabula. Haec arborea lectis plasmata est tabula fomentis, quae ex altero climate ceream copulat lituram. Difidas lignifero intercessu nectit colomellas, in quis compta lusit caelatura. Aliud iam latus arboreum maiusculo ductu stipat situm, varia (M. 498) stemicatus pictura ac comptas oras artat. Haec olim frondea glaucicomi crevit inter robora fundi, ferrialique crescentem amputavit opifex securi stipitem, quadrigonum ligneo dolavit incrementum nervo, micram eruit ascia maceriam, ornatamque perfecit tabulam, quae dexterali historum gestatur iduma, ac sophica cereis glomerat misteria planetis. Nunc loquelarem celeri flexu retraho tramitem, ne ingeniosas rhetorum gravavero domescas.

21. De oratorio. Hoc arboreum candelatis plasmatum est oratorium tabulis. Gemellis conserta biiugis artat latera. Quadrigona edicti stabilitant fundamenta templi, quis densum globoso munimine crevit tabulatum. Supernam compaginat camaram, quadrigona comptis plextra sunt sita tectis. Ageam

---

trabias sup. vers. vestes regales || carna[li] || alunt || sedant || [que] addidi, quod ante ce facile intercidit.

19. archimium || asilibus || pa[l]ligonis corr. M. || rotis cluditur cod.; glossema removi || acatorum corr. M. || his M., h~ſ cod. || intervimina || archimium.

20. ceream || defidas || inquis || celata[1 2] || varia a prior ex u || crevit pyrrhichius fuisse videtur auctori; f. g. c. i. r. f. hoc modo versus erit hexameter || fort. lineo ... nervo || margeriam || cereis || rethraho || domescas. supra a virgula erasa.

copulat in gremio aram, cui collectam cerimonicant vates missam. Unitum ab occiduo limite amplectitur ostium, quod arborea strictis fotis cluditur regia. Extensum tabulosa stipat porticum collectura. Quaternas summa nectit pinnas. Innumera congelat plasmamina, quae non loqueloso explicare famulor turno.

22. (M. 499.) De oratione. Supernum vasti posco herum poli, qui mundanam almo numine condidit molem, titbico terrestrem obvallat limbo crepidinem, humanos lecto restaurat vernaculos incremento, glaucicomas folicia strue tegit amarcas, florigeros alit de tellure culmos, almi gibrarum turmis collocat praemia throni: mihi aestivum naviganti fretum robustam concede puppim, ut furibunda evadam discrimina.

23. De gesta re. Lapsis olim annosae voraginis stadiis rutilante phoebei orientis aurora, quidam furibundus armatorum latrunculus externas inimicosae telluris adiit metas. Tum glaucicomantes collium concito tramite lustrantes inter iubas setigerum porcinae indolis notat inter nemora coetum. Hinc quidam robustus fer[r]ali dolone tyrannus hirta crassi terebravit latera apri. Iamque roscidum purpureo cruore cadaver lato sollerti tractu torsit cervici, vastamque mancipatores trucidant spathis amarcam, ac ferreo cudunt silicem metallo, apricisque stemicant rogum sarmentis, flammivomusque laris frondeam fumigat clibanus silvam. Hinc quadrigona inserta veribus statuitur graticula, setosasque roseis (M. 500) torrent toles flammis, ac arboreis crudas inserunt sudibus pernas. Ostrea sanguinei licuminis decidunt inter faces stillicidia, assataque carnei ponderis gustant armatores frusta, suillum sorbent faucibus pastum. Hinc progeni istius telluris acculae extremas natalis soli obvallabant assidue oras, ne inimicale paternis polleret discrimen sulcis. Iamque solitis finalis globi lustrantes anfractibus, edictum silvestria prospectant latrunculum inter robora. Tum frondeus irruente caterva frangoricat saltus, ac protervus clamat ilico coetus, quod ex crudeli strage non evaderent de agmine superstites, nusquam atroces alitum veherent in aethera ungues. Hinc strictam furibundi densant aciem tyranni, ac armifera ferunt in cidones rostra. Alboreum aëreo spargitur chimentum sulco; truces reciproco libramine penetrant dolones, degestaque carneas terebrant spicula toles,

---

21. fotis aperte corruptum foris an foribus? || sūmo [la] || congellat.

22. glacicomas corr. M. || dedit [tegit].

23. De ge in ras. m. 1 || foebei || latruculus [n] || inimicos ętelluris || cellium, corr. M. || porcine || tyrannis [u] || purporeo || graticula [c] corr. m. 2 || flammeis || insunnt || interfaces || suillem nisi forte restituas suillae || obvellabant [la] || paternis, i ex a || silvestrea || frondens || ferant || incidones || carneis.

ac carnifera purpurei serpunt per latera rivi. Inormes ruunt in o bello gigantes, ac assiles solvunt ensibus gigras, dum toxicus irruentem certandi robore frangit latrunculus phalangem. Mortifera spoliant vestium strue cadavera, horrendoque iubilant crudeles tumultu. Hinc reduci tramite paternum remeantes in solum fabulosam exprimunt accolae soriam.

HISPERICA FINIUNT FAMINA AMHN.

---

accarnifera *verba divisit* m. 2 || p$\overset{u}{o}$rporei || laterarivi, *verba divisit* m. 2 || inobello || insolum || fabulosam, o *in ras.* m. 1 || $\overset{congeriem}{soriam}$ *sed interpretamentum addidit man. recentissima.*

Erläuternde Bemerkungen.

Ich hatte ursprünglich im Sinne, einen Index der Ausgabe beizufügen; allein die Erwägung vor allem, dass hier doch viel mehr zu erklären sei, als in der Form eines Wörterverzeichnisses üblich ist, dann der Umstand, dass unsereiner seine Arbeitszeit aus tausend Viertelstunden zusammenflicken muss, und endlich ein gewisses persönliches Unbehagen an dem mechanischen Theile der Arbeit brachte mich dazu, in der Form einer fortlaufenden Erklärung das Nöthige vorzubringen.

Gleich der erste Satz ist in mehrfacher Hinsicht für die Schrift charakteristisch. Denn hier und in dem F(olium) L(uxemburgense) tritt eine ganz eigene Satzform fast durchgängig auf, die schon Geyer im Archiv II 258 betonte, allerdings ohne sich darnach zu fragen, woher dieselbe gekommen, welchem Muster sie nachgebildet sei. Der Satzbau verläuft nämlich hier wie dort in kurzen Sätzen, die von Adjectiven eingeleitet werden und mit den Substantiven abschliessen, während das Verbum die Mitte des Satzes bildet:

ampla pectoralem suscitat vernia cavernam

israelitica ruboreum induxit agmina per pontum. (FL.)

Einsichtiger Beurtheilung kann es nicht entgehen, dass diese Anordnung der Satzglieder einem Gebrauche hexametrischer Poesie entstammt, der reichlich aus allen Zeiten der Literatur sich belegen lässt.

Verg. buc. II 50: mollia luteola pingit vaccinia calta.

Ov. m. I 100: mollia securae peragebant otia gentes.

Sedul. I 271: pervia pulsanti reserantur limina cordi.

Es unterliegt keinem Zweifel, dass diese von der prosaischen Wortstellung so weit abgehende Fügung lediglich dem Bedürfnisse metrischer Ökonomie entsprungen ist, dass die bekannte Verwendung daktylischer Wortformen im ersten und

fünften Fusse des Hexameters den Anlass gab zu einer symmetrischen Bildung, der sich am leichtesten vergleichen lässt die weitverbreitete Auseinanderzerrung von Adjectiv und Substantiv am Schlusse der Halbverse des Pentameters. Wie tief gesunken muss aber das Sprachgefühl eines Autors sein, der diese lediglich durch die Formgesetze eines Verses bedingte und gerechtfertigte Einzelform der Satzgestaltung sich mehr kindisch als pedantisch zu unverbrüchlicher Norm und Regel macht und das, was unter Verszwang immerhin als möglichste Vollendung der Symmetrie gelten konnte, der prosaischen Rede aufdrängt, die er dadurch zu gesteigerter Unnatur führt. Denn im Ganzen und Grossen hat er durch das ganze Schriftlein diese eine Grundform des Satzbaues festgehalten, wenn man absehen wollte von geringen Variationen, die aber gleichfalls in daktylischer Poesie vorgebildet erscheinen, wie sich — wenn's der Mühe lohnte — leicht ausführen liesse.

Ebenso deutlich zeigt sich das mangelnde Sprachbewusstsein des Autors darin, dass er es liebt, die attributive Substantivverbindung zu Gunsten des Adjectivum aufzugeben. Juvencus I 588 sagt noch: nil abdita clausum pectoris antra tegunt. Unser guter Mann thut einen Schritt weiter und ist mit pectoralis caverna ebenso über die Grenze des lateinischen Ausdrucks hinaus, wie wenn er 4.2 pectoreis arthereis und 6.30 litterales (statt litterarum) characteres sagt, oder 6.33 regulosus ictus (= reguli), sabulosas micas (= sabuli), sennosis motibus (= m. dentium) u. a. m. Nicht anders FL: holerosa . . . aromata, nubea . . . obstacula, wofür ein Dritter im Bunde, der famose Virgilius Maro 83.3 (H) noch besser hat: nubiumque obstaculis ab humanis celatur. Vernia, Substantivbildung aus vernus. FL verniam: letitiam (cf. Arch. III 173), d. h. Lenzlust, Lust.

4.2 Extrico = depello, wie Vulg. Tob. 6.8 fumus . . extricat omne genus daemoniorum. In derselben Bedeutung 7.6; 12.33 vom Verscheuchen der Nacht und Finsterniss. Tonstrum zu ton-ui, wie mon-strum zu mon-ui. Petron. 64: quid tonstrinum? und 46: destinavi illum artificii docere aut tonstreinum aut praeconem. Gaudifluam offenbar aus daktylischer Quelle; denn nicht nur in der oben angedeuteten formellen Beziehung, auch im delectus verborum ist der Autor im Banne der hexametrischen Poesie. Ihr verdankt er die vielen oft unbelegbaren Adjectiva composita. Unser Wort fehlt bei G^7, und kehrt 10.10 wieder. Dabei möge freilich gleich hier bemerkt werden, dass der Autor diese Adjectiva lediglich im Sinne des Bestimmungswortes verwendet, das Grundwort in seiner Bedeutung hingegen ganz unberücksichtigt lässt. Beispiele unten. Pectoreus fehlt bei G^7.

4.3 Speculator, Intensivum zu speculari; unbelegt.

4.4 Arcatores. Du Cange verzeichnet ein doppeltes arcarius (von arcus und arca). Ebenso kennt er unser Wort

in der Bedeutung τοξότης. Hier heisst es dispensator (von arca), Bewahrer, was in Verbindung mit sophia = doctus wird. Daher 8.9, 14.12 u. a. Für die ganze Stelle vgl. die Glossenreihe des FL 11—14 ausonicum propinat forcipe (h)austum. FL propinare: ministrare.

4.5 Vipereosque scheint verdorben; syllogismos nicht speciell die logische Formel, sondern in vollerer ursprünglicher Bedeutung: Sammlung.

4.6 Triquadrae vgl. Glos. De Vit tricadro; vielleicht identisch mit dem classischen triquetrus. Artico, vgl. Du Cange s. v. artiquus, artiga (span.), dessen künstliche Etymologie unglaublich ist. Auch Diez EW IIb v. artiga wird nicht klar. Es ist doch wohl nur Adjectiv zu ars. Bedeutung: Feld, novale 6.20 eous articus (Ostgefilde), 7.24 artigas (durch Conjectur), 8.31 artici. FL art[ic]us: finis.

4.7 Fundamen, hier ganz concret der (Erd)boden. Auch in der Bevorzugung der Substantiva auf men ist der Einfluss der daktylischen Poesie deutlich zu erkennen.

4.9 Trucîda (fehlt bei G7), offenbar das Stammwort zu trucîdare, welches nach dem (trotz der Bemerkungen Prof. Hintners noch immer feststehenden) Gebrauche zu erklären ist, dass in der Sutur der Bestandtheile zusammengesetzter Wörter der Lateiner gleichlautende Silben ausstösst: tru(ci)cîdare, se(mi)-media u. a. Nur entsteht die Frage, ob das Wort unserem Autor quellenmässig bekannt war, oder ob er es selbst durch Rückschluss aus dem Zeitworte gewann. Altercamen fehlt bei G7 = altercatio.

4.10 Placorea, häufig, z. B. 5.36, 7.10; fehlt bei G7. Quelle ist placor in der Vulg. eccl. (J. Sir.) 3.14 complectentur placorem eius, vgl. ibid. 39.23. Abucat wollte Geyer (A. II 264) als advocare fassen. Dem widerspricht FL mit den Glossen: apocant: omcobloent; apocant collocant; Stokes wollte das Wort, lächerlich genug, auf apo(the)care zurückführen. Ich habe es Wien. St. 1887 als apochare erklärt. Vgl. 5.36, 11.8.

4.11 Toxica, vulgär, vgl. ital. tossico. Fusis ist Conjectur. Furis der Hs. wollte Geyer in fur(u)is ändern, furuis ostrei cr. r. Es geht nichts über den Geschmack!

4.12 Olivare, einölen, verdunkeln, beschmutzen; 7.7 (bis.); 10.14. Madiada (mazada bei Du Cange), lateinisch geschrieben massatum (Gebilde), hier vom Körper, wie 5.26, 8.3, 8.34, 13.37. Charakteristisch ist die romanische Erweichung des intervocalischen t. Spumaticum (FL, gl. 33), bei G7 nicht verzeichnet. Weiterbildung vom Substantivum spumatus. (Stat. silv. I 4.103.) Vgl. 13.30, 12.6, 11.38. Bombosus (nicht bei G7), vgl. 11.30.

4.13 Tithis und tithicus poetisierend: Τηθύς, zuerst bei Catull 88.5. FL: spumosa sedat tithis flustra, als Femininum. Ohne Geschlechtsangabe 11.35 (11.33) und sonst. Hier Mascu-

linum, da offenbar psychologisch pontus oder mare zu Grunde liegt. Vgl. zu 13.25. Flustrum, wohl Neubildung des Singular zu dem classischen flustra 11.32. Daneben konnte die 12.9 vorfindliche Form (gegen Archiv I 399, II 259) nur als verschrieben aufgefasst werden (vgl. FL a. a. O.). Auf ähnlichen Inhalt der Vorlage weisen die Glossen von FL 33—37.

HF: seu spumaticum bombosi tithis flustrum inertes . . . oppressit . . .

FL: . . . spumaticus . . . pontus . . . inertes liquidis abdet . . .

4.16 Das o vor bello (Hs. obello wie auch 16.2) halte ich für romanischen Artikel, also = hoc. Nicht hierher gehören die Glossen des FL avelloso: catalrid (wohl duelloso) und avelloso: catol, die aber auch mit dem ital. avello (Diez, EW II a) nichts zu thun haben. Sophicam siehe Geyer A. II 258 (5.27, 8.8). Es ist sicher aus philosophicus erschlossen, wie sophat bei Virgilius Maro (Z. f. ö. G. 1887, 126) von philosophari*) Plantaverit ist gleich coluerit. Ob ich Recht habe, ist fraglich.

4.17 Trinos, die Distributiva wie Cardinalia gebraucht. Aehnlich im Hymnus: turbae fratrum duodenae. Dimicavi, transitiv, wenn nicht aus den Zügen der man. 2 de[d]imicavi sich ergibt.

4.18 Duelles, auch bei Arnobius 1.16. 4.19 Ciclopes, appellativ ungefähr „Riesen“.

